Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



pos dauid de iuda. q' fuit dux eor qui
apprehendunt ihm. qui annumerat' erat inter
nos et sortit' est sortem ministerii hui. Et hic quidem
possedit agrum de mercede iniquitatis. et suspensus
factus est medius et diffusa sunt omnia viscera
eius. Et notum factum est omnibus habitantibus in iherusalem
ita ut appellaretur ager ille lingua eorum
acheldemach. hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim
in libro psalmorum. Fiat commemoratio eius desertum
et non sit qui inhabitet in ea. et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris
qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intravit et exivit inter nos dominus ihesus incipiens
a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos
ioseph qui vocabatur barsabas. qui cognominatus est iustus. et matthiam. Et orantes dixerunt.
Tu domine qui cordia nostra omnium ostende quem
elegis ex his duobus unum accipere locum ministerii hui et apostolatus de quo praevaricatus est iudas
ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes
eis. Et cecidit sors super matthiam. et annumeratus
est cum undecim apostolis.

Credo in.